

Vos estis lux mundi. Aptissime igitur lampades sapientum et prudentum virginum manibus inseuerunt. Ad quas Clemens Alexandrinus alludens ita scribit, *Strom.*, lib. V, c. II: « Prudentes animæ et mundæ, ut virginis, cum intelligant sitas se esse in humana insectis, lumen accendunt, et mentem excitant, tenebras illuminant et ignorantiam expellunt. »

Joseph Patriarcha, litterarum studio nunquam operam dedit; rex tamen Pharaon ei hoc testimonium perhibuit quod inter omnes regni sui sapientes, nullus ipso sapientior esset: *Numquid sapientior et consimilem tui invenire potero?* Hujus autem miræ scientiæ Philo causam assignat, dum de increata Sapientia dicit: « Quia delectabatur honestate pueri, accendebat ejus ingenium. »

Quam putas causam esse, quod inter Apostolos, duo præ cunctis aliis in scientia et sapientia fuerint illustriores magisque insignes, nimirum S. Joannes Evangelista, et Paulus, qui non in Athenarum Aeropago, sed in sublimissima cœlorum Academia eruditus, et Gentium Doctor promotus fuit, ubi *audivit arcana verba?* Audite hæc de re loquentem S. Joannem Damascenum; dicit enim: « Cum in omnibus Apostolis sanctis, virtus integritatis perfectæ fuisse credatur, abundantius tamen scientiæ donum exuberavit in Paulo, quia se ad hanc aptum solerti studio atque industria paravit; » utpote qui virgo semper permansit, ac proinde tot divini scientiæ thesauri locupletari meruit. S. Joannes autem cum sanctissima Maria Virgine, quæ *sedes sapientiæ* est, multis annis familiariter conversatus fuit, per quod consortium, eminens ejus scientia et sapientia, ad proportionem castitatis, quæ præfulgebatur, adaucta quoque fuit.

Et hæc satis sint; innumeras enim sententias, item et exempla referre non licet, ad propositum facientia.

VERSUS 39.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galliam in civitatem suam Nazareth.

1. — Predictis verbis S. Lucas vult dicere, beatissimam Virginem et S. Josephum omnia adimplere, quæ in lege Mosaica circa purificationis ritum statuta fuerant, siquidem Filium suum in templo præsentarunt, ipsumque quinq; diebus redemerunt, legales quoque victimas obtulerunt, etc., omnibusque rite adimpletis, in Nazareth patriam suam denuo fuere reversi. Porro certum est, neminem ex ipsis nec Christum, nec sanctissimam ejus Matrem ad hujus præcepti obligationem fuisse adstrictos; verumtamen ut ipsemet Christus deinceps dixit, *Matt.*, v, 17, id factum est, quia non *veni legem solvere, sed adimplere*, ut salutare nobis post

se relinqueret exemplum, quod non solum præcepta, sed etiam consilia observanda sint, faciendaque a nobis sint opera supererogationis, si alias scopum salutis nostræ secure attingere velimus: « Ne accedat das Domine Jesu ad purificationem, » inquit Petrus Blesensis; « tu immunis a peccato, fide mundans corda tuorum; tu sine semine conceptus, et natus de Spiritu Sancto, expecta donec te ipsum offeras pro mundo. Ne accedas, Virgo sanctissima, tu enim neque proprie mulier, neque semine suscepto peperisti, » et tamen ut Goffridus Abbas, *Serm. de purif.*, optime ait: « Merito mater legem servavit, cujus Filius et legem dederat, et venerat, ut in se legem adimpleret, quam aliis dederat ante. » S. Thomas de Villanova aliud quoddam adimplendum hujus præcepti motivum assignat, *Serm. de purif.*, nimirum ut ab illis, qui mysterium incarnationis ignorabant, scandalum submoverent. « Multa propter aliorum scandala faciendæ sunt, multa etiam bona omittenda, neque tibi sufficit bona conscientia, sed oportet etiam te esse sollicitum de aliena. »

2. — Hugo Cardinalis circa dictionem Nazareth ita scribit: « Omnes perfecti debent habitare in Nazareth, id est, in flore, quia semper debent reputare se esse in principio; unde Ecclesiastici, xvii, dicitur: *Cum consumnaverit homo, tunc insipiet.* »

VERSUS 40.

Puer autem crescebat, et confortabatur, plenus sapientia: et gratia Dei erat in illo.

1. — S. Bonaventura dicit: « Crescebat scilicet in corpore, sicut exponit Beda, in quantum puer erat, id est, homo fragilis, crescere poterat sicut cæteri homines, non in quantum verbum; quantum ad perfectionem virtutis in mente. » Subditur: *Confortabatur spiritu.* Hoc augmentum erat quoad corpus, non vero quoad sapientiam, quia a primo conceptionis suæ instanti perfectissimum habuit usum rationis, omnemque gratiæ et sapientiæ plenitudinem. Unde Theophylactus ait: « Non assumens sapientiam, quid enim perfectus eo, qui ab initio erat perfectus? sed paulatim eam denudans, si enim quantum brevis fuisset statum ostendisset omnem sapientiam, vix fuisset prope digrosus, et esse phantasma pueri, non verus puer. »

2. — Nos quoque exemplo ipsius in spiritu et virtute crescere debemus, maxime vero cum majora quotidie et majora bona a Deo recipiamus: sicut enim ingens et insolita quedam futura esset monstrositas, si corpus aliquod substantialibus optimisque alimentis enutritum, non cresceret, sed semper infantili pusillitate persisteret; ita quoque monstrositas est animæ christiane, si alimentis

spiritualibus et cœlestibus quotidie enutrita, in isdem perfectionibus pertinaciter perseverat, nullisque in via spiritus faciat progressus.

Et gratia Dei erat in illo.

3. — Albertus Magnus ait: « Ab instanti conceptionis, et non per momenta singula crescens,

« tamen istam ostendebat per momenta plus et plus, et tunc proficere coram hominibus putabat. »

4. — S. Bonaventura in divini hujus infantis persona loquens, dicit: « In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vite; vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenam gratiæ et veritatis. »

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM

EVANGELIUM LUC., CAP. II, VERS. 42

42. Cum factus esset Jesus annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam, secundum consuetudinem diei festi,

43. Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus.

44. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos.

45. Et non inveniētes, egressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

46. Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, et interrogantem eos.

47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiam et responsis ejus. Et videntes admirati sunt.

48. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego, dolentes quærebamus te.

49. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

50. Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

51. Et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.

52. Et Jesus proficiebat sapientia, et etate, et gratia apud Deum et homines.

VERSUS 42.

Cum factus esset Jesus annorum duodecim.

1. — Glossa opinionem S. Ambrosii consecans, in duodenario hoc annorum numero, duodecim notat Apostolos, quos Salvator noster ad suam in populum fidem sectandam adhibiturus erat: « Congrue duodecimo anno prima fidei rudimenta revelat, quæ per duodecim Apostolos per totum mundum erant propaganda. » Glossa interlinearis dicit: « Per duodecim annos significantur duodecim tribus Israel, quæ ad Christum veniunt. »

2. — Porro questionem, quæ hoc in loco excitari posset, nimirum cur Christus superhumanam sapientiam suam non citius et ante hoc tempus manifestavit? Salmeron, *Tom. III, tr. 46*, respondet, dicens, id factum fuisse, « ne phantasma putaretur, aut monstro similis videretur; » qui insuper

aliam quandam rationem moralem assignans, dicit: « Ne malum exemplum daret libere ante tempus agendi et prædicandi et descendendi cathedras et gradus Ecclesiæ supremos ante ætatem occupandi. »

3. — Didacus Stella, in *Luc.*, hanc etatem cœlestium illustrationum capacem fuisse considerat: « In hac etate ratio hominis incipit illuminari, et ita æquum est, ut, quia homo ratione incipit uti, Deum cognoscat et suum conditorem, eique soli serviat. » Salmeron quandam in etate distinctionem adducens dicit quod in contractibus, v. g. matrimonii ratis, in testamentis et professionibus, etas duodecim annorum non sufficiat, quantumvis ad auscultandas et consecandas Dei vocaciones subsistere possit, ejusque hanc reddit rationem: « Quoniam Deus, qui vocat ad se, non decipit, cum sit magni consilii Angelus: ad tractan-

« dum autem cum hominibus, qui decipi et decipere « solent, opus est annis quatuordecim in pueris. »

Ascendentibus illis.

4. — Poterat quidem beatissima Virgo et S. Joseph iter hoc sine puero Jesu aggredi, merito tamen se ab ejus divina presentia elongare, aut iter illud sine illo ingredi minime voluerunt, siquidem sanctis hisce peregrinantibus longe melius et verius dici poterat, quod Tobias senior, filio suo, in Archangelici societate constituto, dixit: *Bene ambulatis et Deus sit in itinere vestro et Angelus ejus comitetur vobiscum.* In suo etenim comitatu illum magni consilii Angelum presentem habebant: « Ascendentibus illis non voluptatis ergo aut curiositatis, » inquit Lucas Brugensis, « sed religionis ac festi causis, ad orandum et colendum Deum profecti fuerant. »

5. — Albertus Magnus, in *Luc.*, in hoc facto morale quoddam documentum observat, quod filiis per hoc tradiderunt, scilicet ut in parentum comitatu et presentia semper esse student: « Hic ponitur honestus suae ascensionis comitatus, cum parentibus enim procedere juvenem, commendabile est; contumax enim est, qui consortia et monita declinat parentum. » Parentes filios suos conducere secum debent, non solum ut filii ipsorum malis hac ratione declinent societates, illi aetati ad seductionem et malos mores imbibendo adeo facili noxias; verum etiam ut pro eo tempore, quo toti residue hominis annorum aetati ut plurimum leges statuere solet, oculati sint vitae et conversationis filiorum suorum testes; siquidem, secundum *Prov.*, *xxii*, 6: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedit ab ea.*

6. — Enimvero tametsi certum sit, quod Christus ad hoc, ut cum parentibus suis iret, exhortatione aut praecipio nequaquam indiguerit, in hac tamen actione documentum illis, qui a paterna dependent obedientia, tradere voluit; unde Jansenius, *Concor. Evang.*, *xii*, ait: « Omnibus filiis ostensa est forma, quomodo debeant moneris « sese praebere parentibus, ad ea quae honesta sunt hortantibus. » Et quidem debitum hoc bonae educationis filiorum adeo est auctoritati paterna impressum, ut Origenes, *Lib. I, in Job.*, dicat: « Omnia quae deliquerint filii de parentibus requiruntur, qui non erudierint, neque corripuerint; » cujus in Heli summo sacerdote manifestum habemus exemplum, qui severissime punitus fuit, eo quod filios suos reprehendere et punire neglexerit: « Hec sciens gloriosus Dei famulus Job, non solum a manifestis peccatis observabat filios suos, sed ab occultis, ne mali aliquid in corde suo cogitarent. »

7. — Porro ad instantiam, quae hoc loco fieri posset, nimirum cur beatissima Virgo et S. Joseph

non timuerint, ne Archelaus, qui tunc regnabat, divinum infantulum persequeretur, insidiasque illi strueret? S. Augustinus a Toletio citatus respondet: « Ascendebant adhuc praeferebant timorem Domini, « timori illius. »

Jerosolymam.

8. — « Locum religionis ac studii, » inquit Albertus Magnus, « illic enim decet ire juvenem, » secundum ordinationem parentum, sicut nobis formam dat Salvator. Spiritus Sanctus eminentem Tobiae sanctitatem nobis delineare, simulque prima ejusdem sanctitatis principia ostendere volens, dixit: *Cum esset junior in tribu Nephtali, nihil tamen puerile gessit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat Rex Israel, hic solus fugiebat consortia annuum, sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini.* *Tob.*, *i*, 45.

Secundum consuetudinem.

9. — Advertendum hic est, quod S. Lucas non dicat secundum praecipium, quia tametsi Deus in Deuteronomio, *xvi*, 46, praeeperit, ut omnes matres ter in anno praesentarentur in templo, nimirum in Paschate, Pentecoste et festo Tabernaculorum; de Galilea tamen oriundi, ut Lyranus optime notat, hac lege, ob nimiam eorum a Jerosolymis distantiam, non obstringebantur; ac proinde iter istud a parentibus Jesu, Maria et Joseph ex solo propriae devotionis motivo inchoatum fuit, ut hoc exemplo nos docerent, non solum conveniens esse ut Deo detur id quod debitum est, verum etiam liberales nos erga Deum esse debere in praestandis aliis operibus supererogationis, si alias nos apud Deum majori gratiae augmento dignos facere velimus. Vae etenim nobis, si Deus erga nos adeo esset in distribuendis donis suis parcus et avarus, ut non nisi id, ad quod dandum est obligatus nobis concederet.

Dies festi.

10. — « Ecce ratio motus, » inquit Albertus Magnus, *Ser. in hac Dom.*, « non enim sine ratione movetur, de loco ad locum discurrens. » S. Antonius Paduanus, « in Jerusalem accessus devotionis et reverentiae. » Lyranus Salvatore nostrum, juvenibus exemplo suo insinuare voluisse existimat, quod ipsis a primis annis induendus sit quidam ad cultum Dei, ad devote frequentandum Ecclesiam, ad faciendas orationes, aliaque opera pietatis pius affectus: « Per hoc ostendit, quod a pueritia debent ac assuefieri homines ad divina. » Et quidem patres hac in re filios bono exemplo procedere debent. In cuius probationem Didacus Stella hanc fecit reflexionem, quod S. Lucas prius Virginem beatissimam et S. Josephum, templum ascendisse dicat et postea idipsum quoque de Filio asserit: « Sic tu qui Pater es, debes prius ascendere, ut ascendant filii tui. »

Ecclesiasticus, *vii*, 25, quaerit: *Fili tibi sunt? erudi illos et cura illos a pueritia eorum.* Clemens Alexandrinus in suo paedagogio, hanc adolescentiae aetatem ubi appellat vitam reliqua: « *Est in nobis ubi aetatis, ipsa juvenitatis.* »

Additiones.

a. — *Cum factus esset Jesus annorum duodecim, etc.* Licet hic aliqui dubitare videantur, num parentes Jesu, ter, annis singulis, ad templum ascenderint, tamen cum pluribus tenendum censeo ter ascendisse; et ratio pro Beatissima Virgine militat, quae quamvis lege obstricta non esset, semper tamen quae religionis et obsequii Dei erant, adimplebat, multumque operibus supererogationis delectabatur. Quod vero Joseph per omnes annos ter ascenderit cum Beatissima Virgine, hoc videtur conformis ejus pietati, et devotioni, zeloque quo loca sacra prius hi parentes venerabatur. Ad horum parentum exemplum, boni Christiani signum est, zelus venerationis locorum sacrorum, quem etiam creature irrationalibus et insensibiles, infideles quoque, barbari et scelerati homines saepe erga loca sacra exhibuerunt.

Christus Dominus Redemptor noster post triginta annorum decursum, quibus divinae omnipotentiae suae lucem celarat, sui notitiam Judaismo primo insinuare volens, circa tempus Paschae Jerosolymam descendit. Ibi, in conspectu totius multitudinis hominum, atrium templi ingressus, aeterni Patris sui zelavit honorem, omnes exturbando templi profanatores: *Omnes ejecit de templo.* Quo tempore oculi Judaeorum aperti sunt ut in eum defigerent, qui ait: *Ego sum lux mundi,* cooperuntque illum suscipere tanquam verum in lege promissum Messiam. Et ex quo verus Dei Filius agnosci potuit, quia nimirum reverentiam templo Dei debitam resarcivit et restituit, exinde intelligere debemus quod tunc maxime Filii Dei et veri christiani esse dignoscemur, si ad ejus imitationem, honorem et reverentiam ecclesiae et locis sacris debitam zelaverimus.

David rex supra omnes Veteris Testamenti sanctos hoc encomio insignitus et nobilitatus fuit, ut ab illo vocaretur *vir secundum cor Dei*: *Inveni virum secundum cor meum.* Sed quoniam merito hoc sibi privilegium praee omnibus comparavit? Certe non alio quam quia, praeter ceteris, honorem et decorem domus Dei zelavit.

S. Bonaventura de S. Francisco refert quod oviculum quandam, in cultu divino modestam et reverentem esse docuerit: « Ut laudibus divinis intenderet, audiens fratres in choro, et ipsa Ecclesiam ingrediens, sine alicujus informatione flectebat genua, vocem balatus emittens ante altare Virginis Matris Agni, ac si eam salutata gestiret, etc. »

Narrat Sigonius, fluvium Athesis, ann. 589, in

urbe Veronensi adeo inundasse, ut ad ecclesiam S. Zenonis usque pertigerit; ubi tametsi portae templi patenter, ipsaque fluvius ad fenestras usque templi intumisset, ipsum tamen templum ingredi minime praesumpsit.

Moyses ad rubum ardentem propriis accedere satagens, vocem audivit dicentem sibi: *Satce calcamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas sanctus est.* Ubi Oleaster ait: « Admonet locus iste, « quanta cum reverentia calcanda sint loca sancta. »

Tametsi Judaei ingenti circa Christum rabie et furia perciti fuerint cumque saepius in templo, pro libitu suo capere poterint, ab eo tamen abstinuerunt, ne contra templi reverentiam peccarent. Unde et Christus armatis militibus, qui in hortum ad eum capiendum confluerant, dicit: *Quotidie apud vos eram docens in templo, et non me tenuistis.*

b. — Joseph et Maria ascenderunt Jerosolymam non ex precepto, sed secundum consuetudinem. Praeceptum enim non urgebat Galilaeos, utpote in regione remota nimis habitantes. Ac proinde iter istud a parentibus Jesu ex solo propriae devotionis motivo inchoatum fuit, ut hoc exemplo nos doceret, non solum conveniens esse ut Deo detur id quod debitum est, verum etiam liberales nos esse debere erga Deum in praestandis operibus supererogationis, neque ullam occurrentem occasionem negligere debere.

Ecclesiasticus, *xiv*, 14, his verbis nos monet: *Non defraudaris a die bono; et particula boni doni non te praeterat, ut praedenter obviam utamur occasionibus, easque inulter elabi non sinamus.* Unde Cornelius a Lapide eadem hunc in modum exponit: « Particula bonae diei non te praeterat, quae utique non est alia quam praestanda alicujus bonae actionis occasio; quasi dicat: Nullam occasionem exercendae virtutis omite. Ita virtutibus meritisque dives, in hisque perfectus efficiens. » Quando occasionem virtuosae et christiane operandi obviam accipimus, tunc veluti totidem Argos, totidemque Briareos nos probare convenit. Nam ut Valerius Maximus ait: *Accedit pretio rei inestimabile momentum occasio.*

Sapienter rex Salomon, in Ecclesiaste, *ix*, 10, dicit: *Quodcumque facere potest manus tua instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Isaia quoque suadet dicens: *Quaerite Dominum, dum inveniri potest: invocare eum dum prope est.* Hinc enim S. Mater Ecclesiae in introitu Officii Matutini, quotidie omnes fideles sapienter consilio prevenit, monens singulos ne occasionem internam Dei vocem audiendi, et bonum operandi, in fructuose elabi sinant: *Hodie, inquit, si vocem Domini audieritis, nolite obturare corda vestra.* Tametsi enim verum sit, quod Deus semper in bonum nostrum paratus sit, quoad auxilia, et gratias sufficientes, illasque

semper, et ubique nobis promittere possimus; atmen auxilia et gratie efficaces a divino ejus dependent beneplacito, quæ proinde recipere convenit quando nobis offeruntur. Non enim semper illorum accipiendorum est opportunitas. Et ideo: *Quærite Dominum dum inveniri potest; invocate eum dum prope est.* Sapient, in *Proverbiis*, x, 3, dicit: *Qui congregat in messe filius sapiens est;* id est: Qui arripit occasionem rei gerende dum illa se offert, ille sapit; qui negligit, desipit; nam fronte capillata est, a tergo occasio calva.

Rursum in *Proverbiis*, ix, 9, Sapiens dicit: *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia.* S. Paulus ait, *I Cor.*, vi, 2: *Ecce nunc tempus acceptabile, quia salus nostra sæpe ab uno nunc, sive momento quodam dependet.* Bonus latro, postquam divinæ gratie radio illustratus, illum, qui una secum in cruce patiebatur, verum Dei Filium, coelique et terræ Creatorem, qui scelera sua ei dimittere posset, esse agnovit, mox oblata sibi salutis acquirenda occasione, optime uti novit, dum eo præcipue tempore, Christi crucifixi innocentiam defendendam suscepit, quo is ab omnibus Apostolis derelictus, et a S. Petro negatus et pernegatus esset.

e. — Ex *Mathei Ev.*, ii, 22, constat quod cum Joseph tenderet cum puero in Jerusalem, et audisset quod ibi regnaret Archelaus, simuit illum ire. Quomodo ergo hic refert Lucas quod nunc cum puero tendat in Jerusalem, ad quæ Archelaus regnante? Moraliter non incongrue responderi potest, quod quamvis Joseph cum puero in eadem civitate habitare timeret, minime vero in diebus Paschæ, cum Eucharistici panis typus, Agnus Paschalis, immolabatur; cui valde est peculiare vires ministrare, timoremque omnem excutere. Sacrificium enim Eucharisticum Missæ institutum est ad referendas pro continuis, quæ a Deo accipimus, beneficiis gratias, nostræque salutis, tam spirituali quam corporali plurimum confert, nosque a multis eripit periculis, quod innumerabilibus probatur exemplis. Nec pauciora sunt bona manducantibus panem Eucharisticum reservata.

Sacramentum hoc, fomitem mitigandi concupiscentiæ, et ardore juveniles ad carnalia excitantes refrigerandi virtute pollet. S. Hieronymus exponens hunc textum Zachariæ, ix, 17: *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines, dicit:* « Nos frumentum electorum, sive juvenum, et vinum germinans virgines, sive boni odoris ad virgines, intelligimus Dominum Salvatorem qui loquitur in Evangelio: *Nisi granum tritici cadens in terram, etc.* De hoc tritico efficitur panis ille, qui de celo descendit, et qui confirmat cor hominis. »

Observari meretur quod Zachariæ, post factam ambarum specierum sacramentalium panis et vini

mentionem, allusione ad castitatem facta, protinus subjungat: *Petite a Domino pluviam in tempore serotino, et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit.* Quibus verbis insinuat, quod sicut incontinentia, per nivium frigus, et pluviarum abundantiam, velut ardor ignis temperatur et reprimitur; eodem modo qui se ab effrenis concupiscentiæ ustulari sentit ardoribus, ad has Eucharisticas nives recurrere debeat. Corpus Christi, dummodo nos dispositos inveniat, virtutem nobis communicat castitatis. S. Hieronymus de hoc sacramento dicit: « Calor Spiritus Sancti exsiccat fontem libidinum. » Cui consonant verba illa S. Ambrosii, *Serm.* xix, dicens: « In carne Christi, quæ nostrarum æstus refrigescit, ravit cupiditatum, quæ compevit insolentiam vitiorum, quæ extinxit ignes libidinum, quæ diversarum passionum incendia temperavit. »

Panis Eucharisticus nos corroborandi vim habet, ne cadamus, et ut in bono perseveremus: *Panis cor hominis confirmat,* ait Psalmista, *Ps.* ciii, 15; id est, ut S. Augustinus exponit: « Christus qui est panis qui de celo descendit. » Etenim panis manibus nostris subactus et pistus, nostrum quidem stomachum confortat et corroborat; at vero panis de quo David loquitur, est alius panis, qui cor confirmat, ideoque panis est cordis. *Confirmat,* scilicet ut Hugo Cardinalis ait: « Ad malum vitandum. » Nostra etenim natura semper declinat ad vitium, et proclivis est ad malum. Ecce tibi antidotum et præservativum de quo pietas divina nobis prospexit, videlicet panem hunc Eucharisticum. S. Thomas de Villanova dicit: « Fructus uberrimus pie accedentibus præstat: illuminatur intellectus, inflammatur animus, impinguatur affectus, excitatur gustus, vivificatur sensus, purificatur spiritus, virtutes augentur, dona cumulantur, gratie multiplicantur et omnium denique honorum spiritualium plenitudo in ejus participatione possidetur. »

Agnus sacramentalis animas ad se accedentes mundat a peccatis et purificat; discordes et vindictam meditantes rejicit; mansuetudinem in accedentibus requirit; adversus omnes tentationes et dæmonis vires protegit; victoriam de visibilibus hostibus dat; Deum propitium reddit; lumen scientiam et Dei, mysteriorumque divinorum infundit cognitionem.

d. — Lex olim ter præcipiebatur viros ascendere templum Jerosolymitanum. Sed hic mox dubitabis, quomodo lex juberet, ut viri soli ascenderent, relictis domibus desertis, cum solis mulieribus, ex quo fieri potuisset ut facile ab hostibus diriperentur? Cui dubio mox occurrit Dominus, *Exod.*, xxxiv, 24: *Cum tulero gentes, ait, a facie tua, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tue, ascendente te, et apparente in conspectu Domini tui in anno.* Ac si dicat: Cum sanctificabis dies festos

meos, ne metuas hostes tuos; multus enim est fructus sanctificationis festorum, et per talem sanctificationem nobis multa comparare possumus lucra tam spiritualia quam temporalia.

In *Isaia*, lviii, 13, considerabilis quedam iis qui festa sanctificati sunt, ab æterna veritate habetur facta promissio. Dicitur enim: *Si averteris a Sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris Sabbatum delicatum et sanctum Domini gloriosum, et glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terra, et cibabo te hæreditate Jacob patris tui; os enim Domini locutum est.*

Jeremie *cap.* xvii, populo Hebræorum promittitur, quod si præceptum de colendo Sabbato perfecte adimpleret, magno opere exaltandus, magnificandus et honorandus esset. *Si sanctificaveris diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus, ingredietur per portas civitatis hujus reges et principes, sedentes super solium David, et ascendentes in curribus et equis, et ipsi et principes eorum viri Juda et habitatores Jerusalem, et habitabitur civitas hæc in sempiternum.*

Legitur in *Levitico*, xxvi, 4 et seq.: *Custodite Sabbata mea, et dabo vobis pluviam temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur; apprehendet messium trituram vindemiam, et vindemiam occupabit sementem, et comedetis panem vestrum in saturitate, etc.*

e. — Ter quotannis omnes ascendebant ad templum secundum consuetudinem, et Christus Dominus una cum parentibus suis ascendebat. Cur igitur non in festo Pentecostes vel Tabernaculorum, sed Paschali tantum se manifestat? Respondetur: In festo Paschæ divinæ Eucharistiæ figura, Paschalis immolabatur agnus; et Christus Dominus ubi tanti sacramenti umbram vidit, se cohibere non potuit, quia suavissimos doctrinæ ac beneficentiæ suæ diffunderet flores. Sic adhuc Eucharistia sacra, lumen scientiam et Dei mysteriorumque divinorum infundit cognitionem.

f. — Christus Dominus, singulis annis a Nazareth in templum cum suis ascendebat parentibus; elegit autem duodecim annorum ætatem, et non majorem vel minorem ad seipsum declarandum, ut a pueritia ostenderet zelum suum erga spiritualia, docens nos pueritiam et adolescentiam præ quavis alia ætate ad vitium proclivem freno opus habere, et in bonis rebus semper exercitandam, ut sic residuis vitæ annis, in quos boni vel mali mores in pueritia comparati transmittuntur, optima regula præfigatur.

Dionysius Carthusianus astruit in hæc verba juvenilium annorum servitium Deo esse gratissimum: « Maximi meriti est adolescentiam Deo offerre, et juvenilibus florem in divino cultu expendere, Deo gratissimum extat, quia et tunc homo est aptior mundo, et ad vanitates et voluptates amplius

« inclinatus; » propter quod Salomon assertit: *Voluptas et adolescentia vana sunt.* Et Psalmista: *In quo corrigit adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.*

Ossa ejus implebuntur vitis adolescentiæ ejus, inquit S. Job, xx, 21, et cum eo in *pubere dormiant.* Super quæ verba S. Gregorius ita scribit: « Quia dura: in eo pravitatum consuetudines a vitis sumptæ sunt: pessimæ inchoationis, quæ nimirum cum eo in pulvere dormient, quia eo usque in illo, iniquæ consuetudines perdurant, quo hunc ad mortis pulverem pertrahant. » Notandum vero præcipue est verbum illud, *implebuntur*, quia mens, memoria et cor illarum delectationum phantasmatibus, et memoria quas homo in juventute expertus fuit, quæ incessanter illum tentant, voluptatesque præteritas in eo suscitant, imaginationi representant, et continuo hominem pulsant.

Quidam interpres super illa verba, *Prov.*, xxii, 6: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senexit, non recedet ab ea,* ita scribit: « Institue puerum juxta « bivium vite suæ; perpende hujus præcepti utilitatem. Pueris quidem ubi rationis lux mentem ipsorum irradiare cepit, duplex statim illis via: « sese offert; alia quidem lata per plana incedens; « alia vero angusta, per incompta et difficillima « pergens: illa vitii, hæc virtutis; illa allicit, ista « deterret. Ne ergo puer in ea ætatis ac morum « facilitate latam illam juvenandæ vitii semitam, « natura suadente, quæ suoque nutu ad malam « pendet, sequatur, magistro atque præceptore « tunc maxime indiget. Rursum eo tempore cum « neutram expertus est, facile in eam inferri se « sinit, nam si forte vitiorum viam semel arripuit, « cum retro averti et confectum spatium remitteri, « opus sit, difficile admodum adduci potest, ut « reduceas ad virtutem passus regal. »

Pueri qui Elisei calvitium deriserunt, quorum quadraginta duo erant, ab ursis lacerati fuerunt, et tamen qui est qui nesciat quod ubi culpæ locus non est, poma quoque locum habere non debeat? Erant pueri isti omnis judicii expertes, adeoque nesciebant quid dicerent, et consequenter peccati expertes erant; et ideo S. Augustinus interrogat dicens: « Quæ viti tanta crudelitas in Eliseo, ut « propter joentaria verba infandis quadraginta « duos pueros fecerit lacerari? » Notandum est igitur, illis temporibus Prophetas velut dæmoniacos existimatos fuisse; sic enim, in *libro IV Regum*, ix, is qui ad consecrandum Jehu jussu Dei aberat, hisce verbis exceptus fuit: *Quid ad te venit insanus iste?* Hoc prenotato, concludit S. Augustinus dicens: « Parentibus suis instigantibus fecisse hi credendi « sunt. Manifeste pueri illi non clamarent, si hoc « eorum parentibus displiceret. » Ad hæc dicere possumus, divinam justitiam hoc ordinasse pueris supplicium, quia si sanctum quemdam Prophetam

in veri Dei ignominiam, in primis vite annis deridebant, quid deinceps in veri cultus divini contemptum et religionis ignominiam dicturi et facturi fuissent, si ad magis adultam devenissent aetatem?

¶ — Parvulus Jesus singulari annis a Nazareth in templum cum suis parentibus ascendebat, ut vult Eusebius Emisenus dicens: « Religiosi parentes « per annos singulos ibant in Jerusalem, ut legem « audirent, sacrificiis participarent, et ejus adhuc « umbrae serviebant, cujus jam venerantur veri- « tatem. Erat igitur simul cum cæteris Jesus in « solemnitate, qui totius erat causa solemnitatis. » Ulquid igitur duodecim annorum memoratur aetas? Et cur non majorem vel minorem elegit ad seipsum declarandum, et tunc inter Doctores interrogans et eos audiens appareat? Respondet Lyranus: Ut a puertitia ostendat zelum suum erga res spirituales, animas scilicet nostras, quarum salutem velocissime zelabat. Isaias qui per antonomasiam Propheta Evangelicus appellari meruit, eo quod novae legis gratiae secuturus eventus liquidissime prædixerit, Redemptorem nostrum post suum in hanc terram adventum, *accelera, spolia detrahere, festina prædari*, appellandum esse dicit: *Voca nomen ejus. Isa., VIII, 3.* Id est, ut Glossa interlinearis exponit: « Puer qui « conceptus est de Spiritu Sancto, accelera, etc. » Eusebius a Glossa citatus, ait: « *Spolia*, his verbis « appellat eos omnes, qui abduci ab errore dæmo- « num, adhaerere Christo. »

Vix protoparentes nostri per suam transgressionem serpenti infernali tanquam mancipia se subjecerant, cum ecce subito et sine ulla mora, Creator illorum in terrestri apparuit Paradiso, « ut discas « Domini benignitatem, » ait S. Chrysostomus, « quod nec modicum quidem distulit, sed mox ut « vidit quod factum est et ulcers magnitudinem ad « opitulandum festinavit, et pro sua bonitate, neque « ad parvum tempus a cura sua illum destitutum « reliquit. »

Mox vero ut tempus illud in supremo Sanctissimæ Triados consistorio prescriptum appropinquavit, ut in terram descenderet, teste Regio Psalte, *Psal. XVIII, 6: Exultavit ut gypsus ad currendam viam*, id est gignantes passibus non ecurrit sed volavit, ut nos a præcipitiis nostris denuo sublevaret.

Maxime vero conversionem nostram zelat in aetate juvenili, cum illa sit ver, seu aetas, quæ passionum calore ustulatur, et fervet ad villa, unde ejus primitias quaerit, ne usque in senium penitentia differatur. Cum enim vite nostræ spatium omnino sit incertum, ex alia vero parte indubitatum sit, quod, ut legitur in Ecclesiastico: *Nemini dedit Deus spatium peccandi*, consequens est si salutem nostram, assecurare volumus, nequaquam illam in maturam usque aetatem differre debeamus, quia an ad illam perventuri aliquando simus, prorsus ignoramus.

Ergo, cum tempus habemus operemur bonum, dicit Apostolus, *Gal., VI, 10. In bono sit cor tuum in diebus juventutis tue. Eccl., XI, 9.* Addit S. Cyrillus Alex., *Orat. de exitu animæ*: « Qui dicunt: Peccemus « in juventute, et in senectute ad meliorem sensum « redibimus, ii a demonibus illudantur, ac deri- « dentur: quoniam qui ultro peccant, eis ad senec- « tatem pervenire non datur, sed in juventute a « fale mortis demetuntur. » Et quidem tametsi etiam impii peccatores ad aetatem senilem pertin- gerent, illorum tamen emendatio non solum illis tunc futura esset difficilior, ob malum habitum contractum; verum insuper ut Episcopus Bellocensis advertebat: « Diabolus difficulter dimittit quod diutius « possidet. »

Versus 43.

Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem et non cognoverunt parentes ejus.

1. — Salmeron ex illis verbis deducit, festa perficienda esse, perseverando in sanctis eorumdem dierum exercitiis usque ad finem: « Dehent festa « integre, non ex parte tantum celebrari et coli; et « ex templo non est in domum revertendum, nisi « prius ministerio sacrorum officiorum, vel divini « quod promittit finis imponatur. » Albertus Magnus ex his verbis nos docet, quomodo transigendi sint dies festivi. « Consummantur, » inquit, « dies festi « tribus: sacrificiis, orationibus et benedictione « Sacerdotum. Sunt quidam qui hoc faciunt, sed « festum evacuant, quidam etiam deturpant, qui- « dam vero ad perniciosam festa determinant. Eva- « cuant otiosi lusibus et non laudibus divinis inten- « dentes: alii per obscena deturpant potibus et « escis et veneris intendentes. »

Cum redirent.

2. — Haymo Halberstadiensis observat quod tam viri quam feminae tam eundo Jerosolymam, quam inde revertendo, separatim processerint: « Infantes vero et parvuli cum quolibet parente. » Præterea advertit Toletus, matres filii suis, ut cum aliis cœtaneis pueris proficisci possent, indulgere solebant; adeoque beatissima Virgo, quod aliae matres permittebant, Filio suo denegare noluit, quia, « etsi parvum aetate carnis, Deum tamen esse « non ignorabat, idcirco ejus arbitrio multa permit- « tebat, secunda, nihil inde præter illius voluntatem « eventurum. » Origenes puerum se coram oculis Matris et S. Josephi invisibilem reddidisse existimat ad eum modum, quo coram illis, qui venerant ut caperent eum, fecisse legitur Lucæ, IV, 30

Remansit puer.

3. — « Quod aliis annis non fecerat, » inquit

Lucas Brugensis, « non inobediëntia aut errore « faciente, sed certo divinoque consilio fecit. »

4. — Porro quod hospitium attinet, in quo pro illo tempore demoratus fuit, nonnulli ipsum mendicasse illud existimant, ut Davidicum adimpleretur de ipso oraculum, *Ps. XXXIX, 19*, quo dicitur: *Ego autem mendicus sum et pauper.* Apostolus pariter hac de re testimonium, perhibere videtur, dum ait, *II Cor., VIII, 9: Propter vos egenus factus est, cum esset dives.* Lucas Brugensis ait: « Credibilis est, alicujus « Doctorum aut civium gratiam sibi conciliasse, qui « libenter hospitio exceperit. »

5. — S. Thomas finem explicat, ob quem puer clam, consilio suo cum parentibus minime communi- cato, manere Jerosolymis voluerit: « Ideo latenter « remanet, ne parentes impedimento essent dispu- « tationi peragendæ cum legisperitis: vel forsitan « hoc evitans, ne videatur parentes contemnere, si « mandantibus non pareat. » Idem quoque Euthy- mius advertit. Noluit malum hoc majoribus non obediens exemplum post se relinquere, etiamsi de servitio Dei ageretur. Non enim ad illam aetatem hæc discretio pertinet; cui accedit, quod *melior est obedientia, quam victoriæ*, ac proinde præcepta paterna a filiis prompte exquirenda, non vero curiose examinanda sunt.

In Jerusalem.

6. — Albertus Magnus Jerusalem visionem pacis interpretans, hoc inde eruit documentum morale: « Per hoc, quod aliis a Jerusalem recedentibus, « remansit per triduum, ostendit, quod pacem « amat et quod cum ipsa libenter habitat. Unde « dicitur in *Psal. LXXV: Factus est in pace locus « ejus. »*

Et non cognoverunt.

7. — « Non tamen de injuria, » inquit Albertus Magnus, in *Luc.*, « circa juvenem Jesum et negli- « gentia reprehenduntur. »

8. — Didacus Stella, in *Luc.*, ait: « Nam si « cognovissent, non utique amisissent, multi enim « nunc amittunt Christum, qui cum non cogno- « scant bonum, ex ignorantia peccant. » Unde torrens mundi hujus, qui in aeternæ perditionis præcipitia effunditur temere peccat, et per hanc cognitionis sufficientis defectum omne commissum delictum excusat: *Ergo erravimus a via veritatis et justitiae lumen non luxit nobis et sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sap., V, 6.*

Parentes ejus.

9. — S. Bonaventura, in *Luc.*, hanc pueri Jesu actionem, quod scilicet a parentibus licentiam man- dendi non petierit, sequentibus verbis justificat: « Præbuit exemplum, quod in divino obsequio « faciendo non est a parentibus carnalibus consi-

« lium requirendum: *Qui dixerit patri suo et matri « suæ, nescio vos, et fratribus suis, ignoro vos, hi « custodierunt eloquium tuum. » Deut., XXXIII.*

10. — Porro quam pœnosa Matri hæc separatio fuerit, ex amore, quo erga Filium suum ferebatur, et ex amabilissimæ præsentiae suæ fructione facile potest colligi. Inde tamen sequens nascitur difficul- tas; quare scilicet Filium amissionem hanc, tantam Matri mastitiam et dolorem conciliaturam esse sciens, illam prius de sua Jerosolymis mansione faciendâ non monuerit? Num forte timebat, ne sibi ab iis denegaretur, sese in præceptorum aeterni Patris executionem ingerendi licentia? Nequaquam, sed potius expediens fore judicavit; si Mariae Matri suæ novorum meritorum comparandorum subministraret materiam, sese ab ipsa sub- ducendo, simulque nobis insinuaret, quod, dum nos nonnunquam citra ullum detrimentum nostrum consolatione, aut dulcedine spirituali privat, id non faciat, ut nos castiget, sed ut nos probet, virtuosique exercendæ occasionem subministrat. Porro beatissima Virgo et S. Joseph ex omnibus hominibus, qui unquam in mundo vixerunt, aut deinceps vident, sanctissimi pariter et acceptissimi fuere; nec tamen propterea illis afflictionem sub- ducendam occasionem subministrare non præter- misit, ut hac ratione majoris quoque meriti occa- sionem eisdem suggereret: *Quia acceptus eras Deo*, inquit Archangelus ad Tobiam, *XII, 13, necesse fuit ut tentatio probaret te.*

11. — Porro sciendum est Deum duobus modis posse amitti, vel gratiam ipsius amittendo per propriam culpam nostram, qui modus in B. Maria dari non poterat, vel etiam Deus amitti dicitur, quia consolationes suas, modo jam a nobis explicato, subtrahit nobis. Videte Davidem, *Ps. XXIX, 8*, in utroque statu consolationis et desolationis constitu- tum: *Ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum; Domine in voluntate tua præsti- tisti decorem meo virtutem*; at vero in statu desolatio- nis: *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum tur- turbatus.* Notandum quoque est quod puer hic amissus non fuerit in fuga in Ægyptum, regionem ipsi rebellem, vel in adeo longis, ærumnis et periculosis itineribus, sed amittitur in Jerosolyma Palestinæ totius Metropoli, in festo adeo solemnî: « In quo facile inuitur, » inquit Didacus Stella, « quod mala sit nobis mundi felicitas et abundan- « tia, quandoquidem in ea potius quam in persecu- « tionibus et tribulationibus Christus amittitur. » Noluit quoque in Nazareth loco humili et paupere, sed Hierosolymis in civitate nimirum opulenta, copiosa et potente amitti ad denotandum quod ubi est frequentia occasio, malorumque exem- plorum videndarum opportunitas, ubi facillime lapsus fuit, Deusque amittatur, quam in locis an- gustis et solitariis.

12. — Reflexionem quoque ad tempus facere possumus, quo hæc Christi amissio accidit, nimirum in die festo, in præcipua Paschatis solemnitate, sicut et in alio Paschate post viginti et unum annos elapsos ei necem intulerunt: *Et gloriati sunt, qui oderunt te; in medio solemnitatis tuæ, posuerunt signa sua.* Ps. LXXII, 4. In diebus etenim festis, in quibus divina Majestati cultus et obsequium debuit majori cum reverentia præstandum esset, Deus, prouti experientia quotidiana demonstrat, quam maxime et ignominiosissime offendit solet. Unde Hugo Cardinalis ait in hoc Psalmo: « Dæmones nos posuerunt signa sua, quia in diebus solemnibus plura peccata fiunt. » Deus olim in diebus præcipuarum solemnitatum ramos palmarum portari jussit: *Sumetis vobis de primo, fructus arboris pulcherrime spatulæ palmarum.* Lev., xxiii, 40. Cujus præcepti mysterium S. Bruno Carthusia: Patriarcha, hisce verbis, *De orat. Eccl.*, exponit: « Sunt spatulæ valde necessarie in festivitibus, quia tunc maxime inimicorum insidiis infestatur, » ac proinde non immerito Deus de hæc dierum et locorum sacrorum profanatione per Ezechielem ita lamentatur: *Polluerunt sanctuarium meum, et Sabbata mea profanaverunt.* Ubi Hugo Cardinalis ait: « Quia in festis magis peccant et alios provocant ad peccatum, et de hoc conque- ritur frequenter in Scripturis. »

Adiciones.

a. — *Consummatis diebus, remansit puer Jesus in Jerusalem.* Notanter dicit Evangelista: *Consummatis diebus, quia indicare vult, non ante parentes Jesu reversos esse in Galileam, nisi solemnitate undique expleta.* Dei enim festivitates non ex parte sed undique sunt colendæ, et in nullo profanandæ. Dæmones autem, ut nos ad dies festos profanandos inducant nullum non lapidem movent. Omnes quotquot in inferno sunt tartarei spiritus, ad abolenda calendaria sacra, ad explodenda festa, ad omnes proscrubendas solemnitates, etiam diei Dominicæ sanctificationem, his inter se verbis conjurasse videntur: *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.* Psal. LXXII, 6. Cujus hæc est evidens ratio, quia cum dies festi his præcipue finibus instituti, ut Deo et sanctis ejus debitis tribuatur honor et veneratio, non consumantur in exercitiis pietatis, salusque promoveatur animarum, ut sacramenta confessionis et Eucharistiæ præcipue ministrentur fidelibus, ut homines studiosius, et majori cum fervore orationi vacent, et pro beneficiis per hehdomadam receptis, gratitudinis tributum persolvant; quæ omnia demoni sunt velut spina in oculis. Hinc ad indicendum nobis bellum totus concitatur infernus. « Quid aliud est feriari, » inquit Theodoros Studita, « quam Deo coherescere? Coherescit autem Deo quis, vel maxime rerum hujus mundi

« repudio; verius penes nos est feriari, si attendimus, dignamque voto, ac Christi confessione vitam ducimus. » Ideoque inimici Dei, perditionis nostræ instrumenta, præsenties quod in festis specialibus homines ad vitam Christiano homine dignam agendam obligentur, festa pro viribus abolere satagunt.

In concilio Rothomagensi, anno 1581 celebrato, cap. *De cultu divino in genere*, iv, scribitur: « Novimus et experimur astutias diaboli ad derogandum cultui Dei, et sanctorum, et ad suum substituentium in locum illius. Ad negotia sæcularia diligentius, quam diebus aliis, provocat, contra festorum institutionem; sed insuper ad augmentum sacrilegium, fallacias, fraudes, perjuriam, blasphemias, contumelias, proximorum offensionem et injurias, atque impudicam et obscenam ludicriam in his admisset, ut totum hominem perdat in Sabbato, et sibi subjiciat. »

Quanta malignatus est inimicus in sancto? inquit Psalmista, Psal. LXXXIII, 3; ubi specialiter nota vocem: *Malignitas*, quæ mysterio non caret. Sciemus enim malignus serpens diem Dominicum, et alia festa ab Ecclesia præcepta et instituta esse ad exhibendum Deo et Sanctis specialiore et reverentiorum cultum, ad exhibendam pro divinis beneficiis et patrocinio Sanctorum debitam gratitudinem, atque ad animarum profectum; horum finium rectitudini et assentioni se opponere nititur ut fructum quem perciperemus, si dies illi a nobis debite sanctificarentur, impedire possit. *Malignatus est*, quia licet familiaritates lascivas mercatus, et contractus carnalitates in alia loca et tempora differre potuisset, ea tamen est serpentis hujus malignitas ut scelera illa fieri velit et procuret in ipsismet Dei facie, in ejus sanctuario, in conspectu altarium suorum, quando sacrificia et officia divina in festis principalioribus solemnibus celebrantur; ut hæc ratione scandalis conjuncta, majora tum in commitmentibus, tum in spectantibus, damna accerere possint.

Sequitur: *Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ; posuerunt signa sua signa.* Spiritus enim infernalis in festis solemnioribus vexilla sua explicare temere præsumit, ut clare appareat coram Deo, longe majorem numerum sub ejus, quam sub Dei signis militare.

b. — *Inscis parentibus, remansit puer Jesus in Jerusalem* ejus moralem rationem assignat S. Gregorius, *Lib. VI, in cap. viii, Luc.*, dicens: « Magister est qui de cæteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiam suorum executor est præceptorum. » Christus Dominus prius adimplet quæ nobis erat præceptorum. Suis enim erat imperitum mandatum, ut propter se relinquere Patrem et Matrem. Sic ipse propter nos Patrem et Matrem relinquere voluit, ut nostræ saluti eter-

nique Patris sui honori consulere. Sic quoque obedientia quam filii parentibus debent, non habet locum in casibus, quando servitium Dei et salus animæ præferri debent.

c. — Magnus profecto fuit, ob absentiam Jesu, Virginis dolor, licet tantum absens esset quoad corpus, optimeque Virgini constaret, quoad animam sibi intime præsentem, præsentia dilectionis. Ast, quid nobis faciendum, quantoque dolore merito obremur, si ob peccata nostra, recedit ab animabus nostris? S. Augustinus ait, *Tract. XLVII, in Joan.*: « Vita carnis tuæ anima est; vita anima: tuæ Deus est. Quomodo moritur caro amissa anima, sic moritur anima amissa Deo, qui est vita ejus. » Hæc autem vita et hic spiritus (spiritus est qui vivificat) amittitur per peccatum omne mortale, sed præcipue pro vitium carnis. « *Non permanebit, inquit Deus,* » dicit S. Ambrosius, « *spiritus meus in hominibus quia carnes sunt; quo ostendit Deus quia carnali immunditia, gravioris labe peccati, gratia spiritualis averitur.* » Trilum est illud axioma Apostoli dicentis: *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem.* Gal., v, 17. Unde et idem Apostolus ad Galatas, v, 29, iterum scribit: *Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc.* Ubi per Ismael caro figurabatur, per Isaac spiritus.

Certum est quod recessus Dei ab anima atrocissimum sit supplicium quod homini evenire possit. Unde S. Basilius Magnus ait: « Nulla atrocior pœna, cæteras omnes vincit calamitas hæc, deseri a Deo. » Unde Christus ab obstinatis et ingratis Judæis recedere volens, iisdem dixit: *Ego vado et quaeritis me, et in peccato vestro moriemini.* Joan., viii, 21. Ipsi quidem olim, quando Deus illos precedebat in columna nubis et ignis, dum per desertum procederent, sancte gloriabantur, dicentes: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis observationibus nostris.* At vero quando Deum a se rejecerant, dicentes: *Nobis hunc regnare super nos; non habemus regem nisi Cæsarem;* tunc vel invitæ experti fuerunt horridum illud: *Væ, cum recessero ab eis!* Osee, ix, 12; siquidem ab illo tempore tanquam mancipia dispersi fuerunt in omnes mundi nationes, et tanquam ligna ad ignem infernalem fuerunt destinati.

d. — Non abs re hic notandum occurrit, quod Puer hic amissus non fuerit in fuga in Ægyptum, regionem ipsi rebellem, vel in adeo longis ærumosis et periculosissimis itineribus, sed amittitur in Jerusalem, totius Palestine Metropoli, in festo adeo solemniori: « In quo facile inuitur, » inquit Didaeus Stella, « quod mala sit nobis mundi felicitas, et abundantia, quandoquidem in ea, potius quam in persecutionibus et tribulationibus Christus amittitur. »

Inter alias a Jeremia Propheta recensitas Dei querelas, una fuit, quod populus Judaicus ex dono Dei prosperrime vivens, monita et verba Dei pessime deriderit et contempserit: *Præterierunt sermones meos pessime.* Jerem., v, 28. Et vero quisquis humane felicitatis statum diligenter examinaverit, utique illum ad peccandum et præcepta Evangelica transgrediendum valde lubricum et facilem esse comperiet.

Propheta Regius, qui unicuique Christiano in schola Dei magistri loco servire potest, quique vir secundum cor Dei fuit, se inter medias adversitates conversum esse faletur: *Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Psal. xxxi, 4. E contra vero in favorabili et propitio humane felicitatis statu adeo perversus factus est, ut quem antea conscientia remordebat, quod ei cui a vita sua defensionem caperit jure prescindere poterat, vel solam regie chlamydis flumbram præscidisset, is postea ad tantam lubricitatem pervenerit, ut innocentis et bene meriti militis eujusdam homicidium vel necem injuste ei a se illatam, joem vel ludum quemdam esse putaverit, ut tanto liberius conjuge ejus in adulterio abuti et frui posset. Unde S. Augustinus, *lib. III, de Doctr. Christ.*, 21, ait: « In alienam foeminam irruit, temporalium rerum prosperitatibus abreptus. »

De Saule Scriptura sacra dicit: *Saul electus et bonus, ut non erat de filiis Israel melior illo.* I Reg., x, 21. Adeoque humilis fuit ut ad regnum quæsitus sese abscondit, ne inveniri posset. Atvero quam fuit exitus illius, ab ejus ad regnum ingressu, valde diversus? Siquidem ut se imperio et dominio populorum confirmaret et stabiliret, quas non injustitias, impietates, tyrannides, sacrilegia per humanam politicam et rationem status commisit?

Querit S. Bonaventura, uter status ab homine magis desiderari debeat, an status adversitatis, an vero prosperitatis; responsurusque quoad prosperitatem distinguit; si enim sermo sit de hominibus timoratis et virtuosissimis, « non est utilis status prosperior, aut quia non proficiunt, aut quia tepescunt, » aut quia animi eorum decidunt. »

Hugo Cardinalis, illa verba Joannis, iv, 46, considerans: *Erat quidam regibus cuius filius infirmabatur Capharnaum,* perque filii hujus corporalem infirmitatem, spirituales anime morbum intelligens, ita scribit: « Notandum est, ubi infirmatur, in Capharnaum, quod interpretatur *villa consolatio nis, vel pinguedinis.* Et in hoc notatur causa morbi, id est, peccati, abundantia scilicet temporalium. »

e. — Noluit puer Jesus in Nazareth, loco humili et paupere, sed Jerosolymis, in civitate nimirum opulenta, copiosa et potente amitti, ad denotandum, quod ubi est frequentia occasionum, malorumque exemplorum videndorum opportunitas, ibi

facillime lapsus fiat, Deusque facilius amittatur, quam in locis angustis et solitariis. Una enim ex fortioribus machinis, quibus inimicus infernalis, ad expugnandas innumeras animas ulitur, est occasus, commoditas, et incenturum peccati. Unde astutus serpens protoparentem nostrum ad lapsum disponere salagens, ut hunc sibi propositum finem assequeretur, femineo sexu usus est, ut is illum illecebris verbis suis circumveniret, et occasionem peccandi suggereret.

Cornelius a Lapide, super illa verba Ecclesiastici, in, 27: *Qui amat periculum, peribit in illo*, fraudulentam tortuosi serpentis astutiam his verbis detegit: « Dæmon tegit periculum, specie honesti amoris, vel amicitia. Sicut ergo aquæ perlicidæ fallunt ingredientem, ut fundum earum videns, non putet esse profundum sed facile posse transiri; dum vero eas ingreditur et pergit, sentit esse opinione sua profundiores, ac tandem iis superatur et mergitur: sic prorsus accidit in conversatione feminarum, » cæterisque rebus periculosus.

Porro serpens non solum ex contactu, sed etiam ex aspectu suo timorem et horrorem summum homini incutit. Unde Golfridus super illa verba Ecclesiastici, xii, 2: *Quasi a facie colubri, fuge peccata*, sequens suggerit consilium: « Ac si dicat: Non sis contentus non incurrere morsum, fuge etiam tactum. Imo etiam non sufficiat tactum evadere, sed etiam accessum. Parum est, serpentis non sentire, contagium; periculosum est vel habere vicinum. » Sicut enim nullus est, qui serpentem vicinum non timeat, licet cæteroque non langatur, nec mordeat: eodem modo, quævis anima in periculo et occasione peccati, quod serpentis tartarei toxicum est, constituta, timere seu potius toto corpore contremiscere debet. Nam ut S. Ambrosius ait: « Rarius delinquit, cui deest illecebra peccati. »

VERSUS 44.

Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos.

Existimantes autem illum esse in comitatu.

1. — Quæri hoc loco potest, cur beatissima Virgo Filium suum, quem velut oculorum suorum pupillam dilexit, ab oculis suis evanescere seu disparare permiserit? Respondeo proinde, quod cum olim in usu fuerit, ut pueri tam eundo Jerosolymam, quam inde ad domus proprias demum redeundo, plena essent in libertate vel societate mulierum, vel in virorum comitatu, vel etiam in aliorum coetaneorum pueroꝝum progredi consortio, beatissima Virgo dilectum Filium suum hac satisfactione, qua omnes alii pueri fruebantur,

privare minime voluerit, vel etiam dici potest, quod hæc Beate Virginis a Christo divulso, upote ad utilitatem et beneficium commune humani generis facta, admiranda potius sit, quam reprehendenda. In sacris Canticis, 1, 3, Sponsa dicit: *Trahe me post te, in odorem curremus unguentorum tuorum*, ubi interpres quidam optime notat quod Sponsa: « Non dixit: *trahe me tecum, sed trahe me post te, et curremus*, quo charitatem suam erga genus humanum clarissime manifestat. » Gaudet etenim, si hoc de inestimabili Filii sui thesauro alii quoque redderentur participes. « Non petit cum Filio sola esse, sed volebat Filium ad omnes Ecclesie filios rudes venire. »

2. — Olim in usu passim erat, quod viri seorsim et seorsim quoque mulieres per vias incederent. Unde Didacus Stella ait: « Mos erat filiis Israel (et utinam apud nos etiam esset) ut in diebus festis euntes in Jerusalem, vel ab ea redeuntes, diffidentibus viis, homines et mulieres tenderent, et idque fiebat honestatis causa; infantes autem et pueri utrumque parentem indifferenter poterant comitari. » S. Bonaventura quoque ait: « Hæc consuetudo introducta est causa honestatis et ad custodiam castitatis. » Et tametsi res ista quoad hoc, ut præfertur, se habeat, nihilominus advertendum est, quod puerum Jesum non inter mulieres, sed inter viros requisierunt. *Inter cognatos et notos*. Qua in re utilissimum nobis documentum suggeritur, nimirum quod licet Christus ipsemet Filius Dei: *Candor lucis æternæ et speculum sine macula esset, qui proinde semper pascitur inter lilia*, essetque insuper tener adolescentulus, in ætate annorum duodecim constitutus, nihilominus, ad nostram spiritualem instructionem, in sua tamen conversatione, tam se servaverit semper ab illo sexu alienum, ut Matris et Josephi mentis, ne quidem per conjecturam occurreret, ipsum in hoc itinere inter mulieres etiam strictissimo parentela: vinculo cum ipso conjunctas, inveniri forsitan potuisse, idque ut nos doceret, nullum adeo temerarium esse debere, in quacumque sit ætate, tempore, loco, vel occasione consultus, ut cum hoc sexu libere aut confidenter nimis agat. Unde S. Basilius, in *const. monast.*, cap. iv, excusationem quoque non admittit eorum, qui se nullis concupiscentiæ stimulis agitari asserunt: « Quod si quis dicat ex assiduo cum mulieribus colloquio congestusque et conviciu non admodum lædi, hic sine dubio maris participes non est; » seu nullum habet cum natura humana consortium.

3. — Hugo Cardinalis ex eodem puncto moralitatem quamdam deducit Ecclesiasticis in dignitate positus et mundi pompis deditis per utilem: « Redarguuntur quidam Prælati, qui in multitudine comitum et equorum putant consistere honorem dignitatis, putantes se peccare

« contra honorem dignitatis sue, nisi in multitudine comitum et equorum, vel curruum ambularent; de quibus dicitur in Psalmo: *Hic in curribus et hic in equis, nos autem in nomine Dei nostri.* »

Venerunt iter unius diei.

4. — Quantum sanctissima Virgo et S. Joseph contristati fuerint, dum vesperi ad diversorium venientes, Filium suum ibidem non invenerunt, nemo facile explicare poterit. Enimvero Beata Virgo Jerosolymam ad frequentandum festum, ex solo majoris devotionis instinctu et affectu ad cultum divinum, profecta fuerat, cum cæteroque ad molestum illud peregrinationis iter obligata minime esset; et ecce pro tam sanctæ actionis remuneratione, hoc sibi lucrata fuit, quod thesaurum suum longe charissimum, in via amisit. Quomodo, obsecro, motivo Deus ducebatur, ut hanc Matri Filii sui afflictionem inmitteret eo præcipue tempore, quo ad ei complacendum et inserviendum adeo sollicita erat, sese una cum Filio suo in templo conspectui ejus sistendo. Et tamen eam conquestam fuisse, aut cordis sui pacem amisisse nusquam legitur. Verisimile quidem est, quod cum metueret ne fortasse in re quapiam officio suo defessit, tametsi in eodem nunquam vel in minimo defecerit, hanc sibi afflictionem in penam illius commissi defectus libenter in se sumpsit. Hujus igitur sanctissimæ Virginis exemplo, unusquisque ad seipsum reflectat videatque quomodo in casu, quo bene et sancte operans arumnis et adversitatibus, loco præmii afficitur, divinæ se voluntati per omnia conformet. Porro Deus virtutibus operibusque meritoris contradictiones venire sæpe permittit, sed in utilitatem et beneficium nostrum, ut in humilitate contineat, vel ut nostram constantiam experiatur et probet.

5. — Lucas Brugensis opinionem illorum minime reprobat, qui Mariam et Josephum suspicatos fuisse dicunt, puerum illis amplius cohabitare nolle, sed Hierosolymis deinceps commorari decrevisse, ut humane redemptionis opus tandem inchoaret; neque enim ipsum amissum esse, aut viam amisisse timere poterant, cum ipsum Filium Dei et consequenter eum esse scirent, qui de se dicit: *Ego sum via, veritas et vita*; supposito igitur hæc illos suspitione agitato fuisse, quasi illos deserere statuisset, et quosnam in illis existimatis fuisse affectus, quibus cum saltem vel semel revidere desiderabant et suspirabant, sequè illi, ne ipsos desereret recommendare satagebant. Tandem vero idem Auctor subjungit: « Solidius tamen responderetur, quod metuerint, ne puer parentibus in turba amissis, a via aberrans, mala et incommoda plura palearetur. » Etenim rebus ad corpus attinentibus, secundum communes aliusque hominibus usitatas vivendi regulas procedebat, sapientia et omnipoten-

tia sua superhumana non utendo; atque ideo poterat subjacere periculis.

Et requirebant eum.

6. — Sine mora retrogressi sunt, ut eum studiosè inquirent, donec invenissent, nullum passim sunt temporis dispendium se impedire: *Sicut juravit Domino, volum vocari Deo Jacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in stratum lecti mei, si dederò somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino. Psal. cxxxii, 2.* Hæc sancta inquietudo qua Deum amissum requirebant, ab Alberto Magno, in *Luc.*, commendata fuit, dum ait: « Commendatur nobis sollicitudo ad inquirendum dum Deum; » omnis alia sollicitudo reprehensibilis est, hæc solum excepta.

Inter cognatos et notos.

7. — S. Bonaventura, *Serm. 1 in hac Dom.*, citans S. Bernardum, dicit: « Quomodo te, bone Jesu, inter cognatos meos inveniam, qui inter tuos « minime inventus es? » Etenim cognati Christi secundum carnem, eminenti sanctitate præditi fuere: *Potens in terra fuit semen eorum.* S. Jacobus Minor primus Episcopus Hierosolymitanus, frater illius consobrinos, tres alios fratres sanctos et matrem pariter sanctam habuit, et tamen inter hosce minime inventus fuit. Origenes a Glossa citatus dicit: « Non inter cognatos et carnis propinquos quos invenitur Jesus, neque enim poterat humana cognatio Dei Filium continere; non invenitur inter notos, quia major est humana notitia. » S. Bernardus in quadam epistola sua, cum scribit: « Ecclesie jubetur, ut concipiscat rex decorem » tunc, oblivisci populum suum et domum Patris sui. Puer Jesus inter cognatos et notos queritur, « nec tamen invenitur, fuge fratres tuos et tu, si tamen vis invenire salutem. » Nondum Christus dixerat: *Veni separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et inimici hominis domestici*, siquidem verisimile est, quod ipsum inter illos non requisivissent, quando Petrus divinitatem ipsius protestatus fuit, Filium Dei ipsum confitendo, *Matth.*, xvi, 17, subito sibi dici audivit: *Caro et sanguis non revelavit tibi.*

8. — Hugo Cardinalis in sensu morali hæc de re ita loquitur dicens: « Parentes Domini sunt Prælati, cognati eorum sunt nepotes eorum, fratres et consanguinei, inter quos revera non invenitur Jesus, quia non propter Jesum, sed propter carnis cognitionem introducuntur in Ecclesiam, « quasi jure hæreditario possidere volentes. Unde dicitur in Psalmo: *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei*; et alibi de iisdem dicitur: *Populum tuum humiliaverunt, et hæreditatem tuam ceceperunt.* »

9. — Parentum proprium est, nos a Deo potius alienare et evellere. Unde Cardinalis Toletus super predicta verba dicit: « Parentes, amici, familiares » secundum carnem, non raro a Christo avertunt, « vixque Christum invenit, qui eorum affectui » indulget. »

Additio.

a. — *Existantes autem illum esse in comitatu,* etc. Apud Judæos in usu erat, quod viri seorsim et seorsim quoque mulieres, per vias incederent, infantes autem et pueri utrumque parentem poterant indifferenter comitari. Unde S. Bonaventura, *Serm. 1 in hac Dom.*, ait: « Hæc consuetudo introducta est causa honestatis et ad custodiam castitatis. » Et tamen res ista quoad hoc, se habeat, nihilominus advertendum ut dictum est, quod puerum Jesum, non inter mulieres, sed inter viros requisierint: *Inter cognatos, et notos.* Quia in re utilissimum documentum nobis suggeritur, nimirum quod licet Christus ipsemet Filius Dei, candor lucis æternæ et speculum sine macula esset, qui proinde semper pascebat inter lilia; essetque insuper tener adolescentulus, in ætate annorum duodecim constitutus, nihilominus ad nostram spiritualem instructionem, in sua tamen conversatione tam se servaverit semper a femineo sexu alienum, ut Matris et Josephi menti, non quidem per conjecturam occurreret, ipsum in hoc itinere, inter mulieres, etiam strictissimo parentele vinculo cum ipso conjunctas, inveniri forsitan potuisse, idque ut nos doceret, nullum adeo temerarium esse debere, in quacumque sit ætate, tempore, loco vel occasione constitutus, ut cum hoc sexu libere et confidenter nimis agat. Est enim hic sexus periculosorum lapsuum occasio.

Ecclesiasticus, ix, 9, dicit: *Propter speciem mulieris multi perierunt, et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Et S. Bernardus, in *Serm. LVIII, de modo bene vivendi*, ait: « Sexus viri et femine diversus est, et ideo, si in unum conjunguntur, statim inde occasio peccandi nascitur. Quid ergo in unum facit ignis et stupa? Cur serpens collocatur in sinu? Quare ignis collocatur in vestimento? »

Et S. Antonius dicit: « Vitandum quantum possibile est consortium mulierum, propter periculum. » Citatque S. Augustinum dicentem: « Quanti et quales Episcopi, clerici simul et laici, post magnalia, et signa mirabilia, naufragati noscuntur, cum volunt in navi fragili navigare, hoc est, in carne fragili se exponere consortio mulierum periculoso? » Quam vero hæc familiaritas periculosa sit, idem præcatus S. Archiepiscopus Florent. vis rationibus, in hæc verba demonstrat: « Cum perfecti viri, et securi inhærent familiaritatis predictis, dant occasionem minoribus idem faciendi, qui cum sint infirmi,

« de facili corruunt in istis. Et declarat Augustinus, in libro de *Singularitate Clericorum*, quod nec « propter utilitatem Clericorum temporalem que « ex hoc evenit, est habenda cum feminis nimia « familiaritas, nec propter charitatem ad salutem « earum nec propter quædam exempla Christi et « sanctorum. Nam etsi Christum sequerentur mulieres que ministrabant ei et Apostolis; et Elias « pastus sit a viduis, non se debent homines fragiles « tantis viris equare, ut credant hoc ita pure agere, « sicut illi. Et tamen multum moderata, et maxime « modesta fuit illa familiaritas, et ex causa magna « facta. »

S. Hieronymus, hæc verba Apostoli, II *Cor.*, vii, 1: *Bonum est homini mulierem non tangere*, ponderans, inquit: « Non dixit: Bonum est homini uxorem « non habere; sed: *Bonum est mulierem non tangere*, « quasi et in tactu periculum sit, quasi qui illam « tetigerit, non evadat, que virorum pretiosas « animas rapit, que facit adolescentium volare « corda. Alligabit quis in sinu ignem, et non com- « buretur? An ambulabit super carbones ignis et « non ardebit? Quomodo igitur qui ignem teti- « gerit, statim adurit, ita viri tactus et femine « sentit naturam suam, et diversitatem sexus intel- « ligit. »

VERSUS 43.

Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

1. — Salmeron, quales personæ illæ fuerint, considerat, que Christum requirentes non invenerunt, nimirum fuere beatissima Virgo et S. Joseph, de quibus Evangelista dicit: *Et non invenientes.* Unde ita arguit: « Perditur etiam Jesus, a justis « sanctisque hominibus, per gustum et consolatio- « nem, neque invenitur, dum vacant carni et « parentibus; subtrahitur vero hæc divina conso- « latio, quo agnoscatur Dei donum esse, diligen- « tinsque custodiatur, dum habita est, et sapiat « dulcius inventa. » S. Bernardus, magnus ille vite spiritualis magister, super sacra Cantica *Serm. LXXV*, ita scribit: « Forte ideo subtrahit te, quo « avidius revocaretur, tenereturque fortius. » Apud discipulos in Emmaus abeuntes, *fecit se longius ire*; sed quo fine ab illis putas, recedebat? ut nisi desiderio magis magisque effervere, « quo « avidius revocaretur. » Unde est, quod ambulem illam ei violentiam intulerint, quam Evangelista exprimit, dum ait, et coegerunt eum dicentes: *Mane nobiscum Domine.*

2. — Porro causam, cur reversi fuerint, Albertus Magnus hisce verbis optime explicat: « Scientes « quod non remansit post eos, nisi decore domus « Dei illectus; Ps. LXXXI: *Elegi abjectus esse in domo « Dei, magis quam habitare*, etc. Non quæsierant

« nisi in Jerusalem, sapienti uti consilio, scientes « quod non nisi in divinis inveniretur. »

3. — Idem Auctor verbum *requirentes* ita glossat: « Hoc est, iterum et iterum quærentes. » *Quærite Dominum et confirmamini, quærite faciem ejus semper.* Psal. CIV. Cetero si tanta cura et sollicitudine Deus quæritur, quando et gratia et amicitia illius amissa non fuit, sed sola presentia ejus corporalis est subtracta, quanto majori cum anxietate ab anima fidei quærendus est, quando hæc culpa sua, Deum, cælum et omne bonum illius amisit et cum demonibus condemnata est in infernum. Per quotidianam experientiam videmus quod, quando aliquam magni momenti scripturam, vel gemmam aliquam pretiosam, vel aliud quiddam, maximi a nobis estimatum amissimus, nullam nobis indulgeamus quietem, sed incessanter, et omni adhibitâ industria et arte illud inquiramus, donec inveniamus; e contra vero Deum persæpe amissimus, et sine ulla cura vel cordis anxietate, dormimus et requiescimus. Unde S. Bonaventura, *Serm. II de S. M. Magd.*, ait: « Perdit homo bovem, « et sollicitè cum quærit; perdit equum, et non « quiescit; perdit ovem et post eam vadit, sed « perdit homo peccando Christum, et quiescit, « comedit, bibit, et non quærit. » Porro causa, cur parentes sanctissimi puerum Jesum amiserint, fuit, *Et non cognoverunt*; unde ad eliciendam ex hisce verbis optimam quandam moralitatem, cum S. Bernardo, *Serm. VII de Pass.*, dicere possumus: « Quid est, quod omnes homines ad peccandum « instigat, nisi ignorantia boni quod perditur, et « mali quod peccando incurritur? »

4. — Hugo Cardinalis, reditum parentum Jerosolymam versus, moraliter his verbis exponit: « Sic non invenientes Jesum Prælati in sæculo, « debent redire in Jerusalem, id est, ad contem- « plationem, et ibi eum requirere per orationem « et desiderium, donec inveniant. Sic claustrales « extra claustrum in domo parentum non inve- « nientes Jesum, debent redire ad claustrum, ubi « revera invenitur. »

Additiones.

a. — *Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.* Albertus Magnus vocem *requirentes* ita explicat, hoc est, *iterum atque iterum quærentes.* Unde Psalmista, Psal. CIV, 3, ait: *Quærite Dominum et confirmamini, quærite faciem ejus semper.* Sed quomodo requirendus est Deus? Hugo Cardinalis moraliter modum insinuat, dum ait: « Sic non « invenientes Jesum, debent redire in Jerusalem, « ad contemplationem, et ibi eum requirere per « orationem, donec inveniant. » Oratio enim mentem nostram ad Deum et ad bona cælestia elevat, nobisque cælum aperit et lucratur.

Non sine mysterio, Christo orante cælestis apertus

est paradisiis, descenditque super ipsum in visibili columbe specie Spiritus Sanctus, quia anima orans, pro arbitrio suo cælum aperit, et sacrosanctum Spiritum nobis conciliat, teste S. Paulo, *Rom.*, vii, 26, qui ait: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quenam obsecro fuit ratio, quod Salvator noster in conspectu Apostolorum suorum, in cælum ascensus, potius montem Olivarum elegerit quam alium quemvis locum? Cur non potius ex pinaculo templi, vel ex monte Thabor ascendit? Aut cur non ex monte Calvarie cælum petiit, maxime cum S. Paulus postea dixerit: *Si sustinebimus et conregnabimus?* Pro responsione advertendum est, Christum in eo loco per integras noctes suas solitum fuisse prolongare orationes: *Ita secundum consuetudinem in montem Olivarum*, dicit S. Lucas, xxi, 39. Causam autem hujus stationis, quam in eo loco potius quam alibi faciebat, Doctor Seraphicus his verbis expressit: « Quia de illo ascensus erat « in cælum, ut sciremus quia inde ascenderemus ad « cælum. »

Apud S. Lucam, vi, 12, dicitur de Christo: *Exiit in montem orare, et erat pernoctans, in oratione Dei.* At vero cur montes, oraturus, præ aliis locis eligebat? S. Bonaventura ait: « Exiit in montem orare, « scilicet ascendendo, ut ostenderet quod oratio « debet esse elevata, et orans elevatus a terrenis, « quia sicut dicit Damasceus: Oratio est ascensus « mentis in Deum. » S. Bernardus, *Ad frat. de Monte Dei*, ita quoque orationem definit: « Oratio « est hominis Deo adhaerentis affectio, et familiaris « quedam, et pia allocutio. » Mens enim orantis elevatur ad Deum, et cum ipsum alloquitur, in cælo potius quam in terra posita dicitur.

b. — Omissio per peccatum Deo, cum dolore et lacrymis confestim requirendus est; sic fiet ut post triduum, id est habita contritione, facta confessione et digna satisfactione, illum invenias iterum in templo, id est, in anima tua sedentem, teque per gratiam suam instrumentem. Anima enim, que per confessionem est emundata, admodum venusta est et decora comparet in conspectu Dei.

Michael de Bononia doctissimus Carmelitanus, considerans Filio Dei impositum titulum: *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea adolescentulus dilexerunt te nimis.* Psal. XLVI, 3: Quomodo, subjungit, anima ei placere poterit, per peccatum deformis? « Huic placere vis? « Non potes quamdiu es deformis. Quid facies, ut « pulchra sis? Prius tibi displiceat deformitas tua, « et tunc ab illo cui vis placere, pulchra, mereberis « pulchritudinem... Accusando fedatitatem tuam in- « cipis confiteri; a confessione incipis decorare. » Imo et subtiliter observat Davidem confessionis mentionem præmittere pulchritudini: « Ante deco-

« ram, confessionem posuit; anima decora esse
« non potest nisi confessa fuerit. » Quam eandem
Hugo Cardinalis facit observationem, inquit:
« Judith erat inestimabilis pulchritudinis; Judith
« interpretatur confessio: Confessio et pulchritudo in
« conspectu ejus. » Psal. xcv, 6.

Jeremias deformitatem delens Sion, egressus est,
inquit, a filia Sion omnis decor ejus, quasi diceret,
juxta S. Bonaventuræ commentarium: Habitatores
Jerusalem penitentiam abominati sunt, et peccato-
rum confessionem: « Decor egreditur quando homo
« non confitetur; confessio et pulchritudo, in con-
« spectu ejus. »

Divinus Sponsus a celestis suæ Sponsæ pulchritu-
dine et venustate in tantum rapitur, in quantum
hec vultum suum conservat speciosum, purum,
immaculatum: *Ostende mihi faciem tuam; facies tua
decora.* Cant., II, 14. Anima quæ non caret macula
et ruga, multarum sordibus criminum maculata,
per confessionem mundatur, purificatur, tantum-
que acquirit pulchritudinem, ut *concupiscat Rex
decorum ejus.* « Cum accedente, et accedente gratia
« Dei cor nostrum, recogitamus omnes annos nos-
« tros, in amaritudine animæ nostræ, obscuratam
« declaramus imaginem, et in nostrum principium
« reformamur, » dicit S. Petrus Damianus, *Serm.
de S. Michael.* Anima quippe humana primitus
homini a summo bono Deo, qui est mens purissima,
sanctissima, justissima, intelligentissima, benignis-
sima, potentissima, omni numero absolutissima
perfecta, infusa fuit pura, sancta, justa, verax,
intelligens, sapiens, benigna, potens, perfecta, ut
esset speculum mundissimum in quo Deus suam
imaginem resplendentem conspiciere possit. Sed
proh dolor! astutæ et lividæ Satanae suggestioni,
protoplasti plus quam Dei verbo credentes, miseri-
me hanc specularem imaginem in se disperdide-
runt, corruerunt, et commacularunt, ut ne vesti-
gium fere remanserit pristini decoris et pulchritu-
dinis. In locum puritatis successit omnis immunditia
et spurcitas, tam moralis quam physica. Sed hæc
inflexæ catastrophes per conversionem, quæ constat
vera penitentia, et bono proposito emendandi vitam,
immutat; obscura reclaratur imago divina in
homine per sinceram confessionem, et sic in nos-
trum principium reformamur.

c. — Vide quam sollicita et zelosa Maria in quæ-
rendo Filio existat. Nullum non movet lapidem,
nullam viam non arripit, ut inveniat amissum.
Cognatos adit, notos interrogat, denique Jerosoly-
mam redit, omnia lustrat, donec inveniat Filium.
Sic eos qui Deum querunt vigiliantur vox apud
Isaiam, xxi, 12, commonefacit: *Si queritis querite,
convertimini et venite.* Hoc est: Ne vobis certas et
determinatas vias querendi præfinitis, ne in quæ-
rendo Deum finem faciatis, sed querite et amplius
querite sine termino et fine. Explicatissime Richar-

de S. Viatore, lib. II de *Emmanuel*, cap. xvi,
dicit: « Si queritis querite et inquirentes perseve-
« rate: imo et multipliciter queritur qui nunquam
« ad plenum invenitur. Non semel quæsisse satis;
« iterum atque iterum requirendum, perquirendum
« hæc, illacque, eadem et bis et ter et milies via
« repetenda est, revisenda, lustranda. » Hoc amore,
hoc zelo, et hæc cura quærebatur Filius Jesus a
parentibus, similibusque affectibus zeli queri petit
ab homine quocumque. Quam gratus enim Deo
zelus existat, et quam munifice recompensetur,
exemplis ostenditur quæ innumera enarrari pos-
sent.

Zelo Dei accensus Phinees, ut legitur in libro
Numerorum, xvi, temerarium interimendi prin-
cipem simul et semel brachium justissimæ iræ divina
continuit, tantumque fecit lucrum ut exinde ipse
cum tota sua prosapia promotus fuerit ad summum
sacerdotium.

Tanti Deus appretiat zelum, ut Moyses cujus
calamum dirigebat Spiritus Sanctus, manus Levita-
rum quæ idololatrias et cultores vituli gladio percus-
serant, ac proinde ardentissimi sui zeli executrices
fuerant, dignissime descripsit, loquens Levitis in
hunc modum: *Consecratis manus vestras hodie
Domino, ut detur vobis benedictio.* « Quasi diceret,
» subdit Joannes Eusebius: « Eodem quem effuditis
« sanguine, vos Sacerdotes consecratos et inunctos
« existimate. »

Elias Propheta non solum celo, ut clausum ma-
neret imperavit, sed insuper ostendit verbum suum
ardere ignis instar, et faculæ: « Subito anhela
« terra, siccatur; sitiunt amnes, fontes areseunt,
« omnis humor ima petit, supera desecit; aer ferret,
« serenitas torquet, tranquillitas pœna est, æstuant
« noctes, dies areseunt, sata torrentur, arbusta
« ærotant, » dicit S. Chrysostomus, *Hom. II, de
Eliæ.* Sed hæc satis sint: qui plurima requirit legat
Sacras Scripturas et Historias Sanctorum.

Versus 46.

*Et factum est, post triduum, invenerunt illum
in templo, sedentem in medio Doctorum, au-
dientem illos et interrogantem eos.*

Et factum est post triduum.

1. — Toletus tres dies numerat, donec inventus
sit Jesus. Primus dies, quo ab Hierosolymis disces-
serunt. Secundus est, quo eo denuo fuere reservi,
sequæ ad perditum thesaurum inquirendum accin-
xerunt. Tertius denique, quo inquirendo perseve-
rantes, eundem feliciter invenerunt. « Noluit
« statim inveniri Jesus, » inquit Lucas Bragensis,
« quia quod difficilius queritur, sicut dulcius inve-
« niri. »

2. — S. Ambrosius, II, in *Luc.*, II, 46, ait: « Post

« triduum reperitur in templo, ut esset indicium,
« quia post triduum triumphalis illius Passionis in
« sede celesti et honore divino fidei nostræ se
« resurrecturam offeret, qui mortuus credebatur. »

3. — In Exodo de populo Dei scribitur, quod,
quando se e servitute Ægyptiaca et Pharaonis
tyrannide eximere parabant, dixerint: *Ibimus viam
trium dierum in solitudinem, ut innolesmus Domino
Deo nostro.* Ubi Albertus Magnus ait: « Triduum
« penitentia, compunctio cordis, confessio oris et
« satisfactio operis, in quo perfecte invenitur Jesus. »
S. Bonaventura in sermonibus, *Serm. II, III, IV*, quos
in hanc Dominicam scripsit, in declarandis tribus
hiscæ diebus incipientium, proficientium et perfec-
torum late diffunditur: « Tridui incipientium,
« Primus dies contritionis, secundus confessionis,
« tertius sanctificationis. » De proficientibus scribit:
« primus dies hujus tridui est paupertas voluntaria,
« secundus continentia, tertius obedientia. » Tres
vero perfectorum dies hunc in modum distinguun-
« tur: Primus dies est quietationis quo anima quie-
« tatur et placatur ab incursum eorum, quæ turbare
« possunt quietem mentis; secundus est dies con-
« templationis, tertius dies perfecta dilectionis. »

4. — S. Antonius de Padua, *Ser. in hac Dom.*,
dicit: « Triduum est propria iniquitatis cognitio,
« fraternalis necessitatis compassio, divina pietatis
« admiratio et consideratio. »

5. — Pideus Stella dicit animam justæ accurate
ponderare, quo Deus ab eo elongari cepit. S. Lucas
numerat porro dies, at vero beata Virgo omnia
instantia et momenta accuratissime censet, vide-
turque dixisse: *Quando veniam et apparebo ante
faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ panes die ac
nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus?*
Verba Stella sunt hæc sequentia: « Quam recte
« justus enumerat dies, quibus ab eo discessit et
« dies laborum quam diligenter supputat, quosque
« etiam dies Deus enumerat, neque patitur suos
« plus quam triduo in laboribus esse et ejus absen-
« tiam sustinere; miseror super turbam, quia ecce
« jam triduo sustinent me; noluit se in sepulchro
« manere plus quam triduo. »

Invenerunt illum in templo.

6. — Verisimile est in hæc occasione adimple-
tum fuisse illud sacramentum Cantico, III, 4, etc.,
oraculum: *Quæsvi quem diligit anima mea, quæsvi
illum et non inveni, surgam et circumbo civitatem per
vicos et plateas, queram quem diligit anima mea,
quæsvi illum et non inveni, invenerunt me vigiles, qui
custodiunt civitatem: num quem diligit anima mea
vidistis? paululum cum pertransissen eos, inveni
quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam,
donec introducam illum in domum matris meæ; siqui-
dem beata Virgo dilectum Filium suum in Nazareth,
in domum sanctæ Annæ matris suæ introduxit, quæ*

etiam sancta doctus Lauretana existit, in qua
adusque triginta annos demoratus fuit. Non in vicis
et plateis, sed in templo invenitur; unde Albertus
Magnus ait: « Tanquam cultum Dei diligens, tem-
« plum, non theatrum frequentabat; quia idem
« mox pergit, reprehendendo Christianos, solo autem
« nomine tales, qui diebus festis non ecclesias, sed
« tabernas frequentant: « Propter hoc sæpe plagentur
« in vineis suis et frugibus, ac aliis rebus, » adduc-
« tique illum Aggæi, I, 9, 10, 11, textum: *Quia
domus mea deserta est et vox festivitatis unusquisque
in domum suam, propter hoc prohibiti sunt cali, ne
darent rorem et terra prohibita est, ne daret germen
suam; et vocati siccitatem super terram et super
montes, et super triticum, et super vitem, et super
oleum, etc.* Demum vere idem Albertus Magnus a
Judeis ad nos Christianos digrediens, ita argumen-
tatur: « Si igitur Judei sic plagentur, qui domum
« Domini reliquerunt desertam et in domos suas
« festinaverunt, multo fortius plagenti sunt Chris-
« tiani, qui verbum Dei horrent ut venenum, et
« qui fugiunt ecclesiam, festinant ad tabernam, ut
« ibi vacent ludis, potionibus et clamoribus. »

7. — « In templo invenitur Christus, » inquit
Euthymius, « sive in loco sacro, et in sacro negotio,
« et in sacro homine. » Jansenius hæc de re ita
scribit: « Qui quæsitus inter cognatos et notos
« inveniri non potuit, Jerosolymis in templo reper-
« tus est, id nobis significat, Christum humanam nec
« cognitione, nec cognitione comprehendit; » at
vero S. Bonaventura ait: « Quem non poterant
« invenire in consortio cognationis, invenerunt in
« loco orationis. » Idem S. Doctor S. Thomæ Aquina-
ti Crucifixum ostendens, hunc librum esse dice-
bat, in quo continuo studiis operam dabat, innere
nimirum volens, se omnem suam theologiam
scientiam præcipue oratione sola mediante sibi
comparasse, quod idem Angelicus quoque Doctor
de se fuit contestatus.

8. — Porro Deus in locis sacris multipliciter
invenitur, nimirum in sacramentis et præcipue
in augustissimo Altaris Sacramento, quod tanquam
sacrificium in Missa offertur et tanquam cibus ani-
marum in Communionem recipitur; invenitur item
in verbo Dei, in orationibus et divinarum officiorum
celebratione, in pauperibus ad ecclesiarum valvas,
electio synas efflagitantibus; invenitur denique et
quidem præcipue, in confessione sacramentali, qui
antea per peccatum amissus erat. Multum quoque
ad illum invenendum conferunt bona devotorum
fidelium exempla, nec non continua mortis con-
sideratio passim nobis in sepulchris, quæ in Ecclesia
conspiciantur obvia, utpote in quibus parentum et
amicorum cineres recluduntur.

9. — Consideranda quoque sunt verba illa:
Invenerunt in templo, siquidem multi dissoluti et
impii homines ecclesias frequentant, non ut Deum